

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brevicvlvs Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1662

Absolvtio generaliter

[urn:nbn:de:bsz:31-160608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160608)

ABSOLVTIO GE- NERALITER.

S. I. ABSOLVTIO IN *Mortis Articulo.*

IN articulo Mortis quilibet Sacerdos quemuis ab omnibus censuris & peccatis, quomodocunque reseruatis, absoluendi potestatem habet ex Decreto Conc. Trid. *sess. 14. c. 7.* vbi S. Synodus: *Delictorum reservationem, inquit, consonum est Diuinae authoritati non tantum in externâ Politia, sed etiam*

generaliter.

17

etiam coram Deo & im habere. Veruntamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit: Et nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quolibet penitentes à quibusvis peccatis & censuris absolvere possunt. Hucusque S. Conc.

2. Censetur autem articulus mortis, non solum in quo quis moritur, sed & moriendi periculum, in quo probabiliter timetur aut speratur

ratur à Medicis vel alijs viris prudentibus alicuius mors, etsi postea euadat vel conualescat. Vt si mulier est partui proxima & nondùm aliàs peperit, aut si peperit, experta est parere cum vitæ periculo. Infirmitas periculosa pleuritidis, &c. Item si cui debet excindi calculus aut hernia, &c. Neque refert sponte quis periculum mortis adeat, an coactus necessitate.

3. In mortis itaque articulo seu periculo absolueri potest, etiam præsentem approbato

probato Confessario aut alio
in reseruata potestatem ha-
bente, sacerdos omnis etiam
non approbatus ac rudissi-
mus, nominatim etiam ex-
communicatus, à quibus-
cunque reseruatis. 4. à cen-
suris, vt quis Ecclesiasticâ se-
pulturâ & suffragiis gaudere
possit, deficiente sacerdote
vel clerico etiam laicus. 5. à
peccatis autem sacerdos tan-
tùm, ac moribundum quidẽ
ad confitendũ amplius non
idoneum, saltem sub condi-
tione: *si capax est absolutio-
nis*, quando nullum penitus
signum

signum dedit. 6. speciali
 priuilegio quicumque Con-
 fessor Religiosum Mendicā-
 tem absolueret potest, ac si in
 illo casu esset Summus Pon-
 tificex, eidemque Indulgentiā
 plenariam concedere. 7.
 in impedimento Canonico,
 quod articulo quoque mor-
 tis comparatur, absolutio
 spectat, 8. in primis ad Epi-
 scopum tanquam proprium
 pastorem. 9. & per priuile-
 gia, Religiosos Mendicantes.
 10. in eorū absentia, quem-
 uis approbatum sacerdotem.
 11. oportet autem i. vt im-
 pedimen-

pedimentum sit legitimum,
quomodo

*Regula, Mors, sexus, ho-
stis, puer, Officialis,
Deliciosus, inops, agerque,
senexque, sodalis,
Ianitor, adstrictus, dubi-
us causa, leuis ictus,
Debilis, absolui sine sum-
mâ Sedē merentur.*

Rodriq. admittit etiam di-
stantiam 20. leucarum (leu-
ca est milliare gallicum vni-
us horæ.) 2. vt fiat ex ali-
qua causa iusta. 3. cum one-
re comparendi corā habente
ad id facultatem. Demum
præstitâ

præstitâ satisfactione partis læsæ aut saltem satisfaciendi proposito quamprimùm poterit.

12. Valent porrò hæc respectu cuiuscunque Superioris, ad quem datâ necessitate communicandi aut celebrâdi, difficilis est aditus.

ABSOLVTIO QVO- AD FRATRES.

*S. I. A QVIBVS REGV-
lares absolui possunt?*

13. **P**ossunt nostri superiores sibi subditos absoluerè à quibuslibet casibus